

1563. i. 26. Julij. Ex ms. Bibl. Latus: no 2114.

Sigismundo Augusto Regi Poloniae  
Martinus Cromerus

Nuper cum essem apud caesaream maje:  
statem officij gratia, ultro me compella:  
vit: Num quid certi responsi haberem a  
Mte v<sup>ra</sup> Regia de compromisso? Negavi.  
Subjeit veritas ejus: Admonerem de eo ma:  
iestatem vestram quo pars adversa certior  
fiat quid sibi expectandum sit. Respondi,  
me id fecisse, et facturum adhuc esse. Rem  
esse magnam. Oportuisse nos ab advocatis  
absentibus consilium capere. Nihil tunc  
mihi aliud addere visum est, ut vel presen:  
tis pariter ac praeteriti temporis difficult:  
tates Mtis v<sup>rae</sup> R. excusarem, vel prio:  
rem ac longiorem adversariorum moram  
ipsis quidem utilem, nobis vero nequaquam  
objicerem. Utrumq; id adhuc fieri poterit,  
si ita videbitur Mtis v<sup>rae</sup> R. sive quid aliud  
ei videbitur. Mtas Caesarea languet adhuc  
nonnihil, nec est a tursi libera, eoque intra do:  
mesticos parietes se se continet, nec multum  
rebus gravioribus gerendis vacat. In Conci:  
lio sessio nuper tranquille peracta est, li:  
cet in diversum contendissent Hispanici  
episcopi et orator ejus regis comperendi:  
nari eam petivisset. Quae sunt reliqua de  
dogmatibus, et de reformatione speran:  
tur una atq; altera sessione absolvi pos:  
se. Reformatio quidem conscripta iam  
est satis severa: sed nondum proposita, pre:  
terquam de cardinalibus quae Romana nif:  
sa est. Theologis vero proponuntur dispu:  
tanda capita de purgatorio: de indulgen:  
tijs.

indulgentijs: de invocatione sanctorum:  
de imaginibus. Hi legati archiepiscopos  
Germ: cum Bavaris et Austriacis, et  
Hungaris fortasse consultaturi esse di:  
cuntur de calice et conjugio sacerdotum,  
an ea petere, et concedi publicè expe:  
diat. Vienna 26. Julij. 1563.

Łapytywad<sup>2</sup> dei mnei Cesarz, czy mam odpuścić, Wł. Mei w. g. g. d. e. m.  
Kompro misse.